

*Gratulor Eximio Juveni molimina tanta,  
Et precor à summo digna brabea Deo.*

l. m. pos.

JOH. WALTHERUS LESLE,  
SS. Th. D. ejusdemque P. P. Ord. ut &  
Eccles. Electoralis.

---

**Q**uos Vis Suprema Reprobet, Quos Eligat  
Immobili Sententia, & mirabilis  
Incomprehensa Lege PROVIDENTIÆ;  
Seu Fata Rebus intricata dixeris,  
Seu Complicationem non mutabilem,  
Seu Nigra Fila pejùs adversantium  
Trium Sororum Stultus appellaveris:  
Doctis Probisque notus EISENBERGIVS  
Non irritò scrutatur hic acumine,  
Factum bene! Studiis Beatioribus  
Sic affici mavult, Sacrorumque Laticum  
Placido meatu imbuere Mentem Nobilem,  
Quam captiosa Litium prurigine,  
Vel flexuosis Disputationibus.  
Quid ominer tam vivido conamine  
Dignum, nisi quod ipsa nobis suggerit  
Materia, vel Testis Laborum Pagina?  
Ut illa quam scrutando nunc exercuit  
Intaminata Mente, præstet amplius  
Maestum Beatitate PROVIDENTIA.

J. C. BECMANUS.

*Coll. diss. A. 224, mixt. 18*